



Crisis Theologica

In Qva Selectiores, Et Acriores hujus, et elapsi sæculi controversiæ,
subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Crisis Theologica - In Qva Selectiores, Et Acriores hujus, et elapsi sæculi
controversiæ, subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Casnedi, Carlo Antonio

Ulyssipone, 1711

§. I. Ex eo, quòd non detur lex sequendi tutius, vel probabilius, nec in
materia fidei, nec in materia morum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84783](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-84783)

etiam præfente gratiâ, esse observatu impossibilis; quod etiam non est sanum. Quintû, quia datur homo conscientiâ perplexa laborans, stans inter duo præcepta, ex. gr. audiendi sacrum, & curandi infirmum; ecce in hoc casu adicit gratia ut suppono, & tamen utriusque præcepti observantia est impossibilis; adeoque materialis violatio alterutrius præcepti est necessaria: ille igitur homo, velit, nolit, peccabit semper formaliter, quia, juxta Adversarium, datur obligatio ad tutius, & ad vitandum omne peccatum materiale: ergo datur casus, in quo homini facienti, quod in se est, impossibile est Divinæ legis observantia; huic enim impossibile est observare legem sequendi tutius. Quod si dixerit tunc non dari eam legem, inferam: ergo non datur lex universalis obligans semper, & in omni casu ad tutius: ergo non omnis voluntaria materialis violatio legis est peccatum formale, ut Palanco docebat; adeoque ejus argumentum nullum est, & lex obligans semper ad tutius, vel probabilius est arbitraria, & impossibilis: ad tutius, quia sæpe est necessaria materialis violatio legis; ad probabilius, quia sæpe est impossibile inter probabilia discretio probabilioris; & quia sequendo probabiliorum peccare possumus materialiter contra legem, ut accidit, quoties opinio stans pro libertate, est probabilior, est falsa: ergo non est intrinsecè malum peccare materialiter contra legem, sed tunc tantum, quando cognoscitur certò esse materialiter contra legem: sequens autem probabiliorum, aut minus probabilem pro libertate contra legem, non judicat, quòd opus positum sub eo iudicio minus, aut magis probabile, stante pro libertate, sit contra legem; immò judicat non esse, nam est impossibilis probabilitas simultatis.

SECTIO IV.

Tertium argumentum.

§. I.

Ex eo, quòd non datur lex sequendi tutius, vel probabilius, nec in materia fidei, nec in materia morum.

SUMMARIUM.

Hæc lex, vel non datur, vel non est satis promulgata, n. 113.

De essentia legis, ut obliget, est promulgatio, ib.

Lex non promulgata non magis violatur, ac si non esset, ait P. Eliz. ib.

Ex hæc regulâ, In dubijs tutius sequendum, inferitur licitum sequi minus tutum, ib.

Lex in ratione moraliter obligantis constituitur

per moralem sui in intellectu subditi existentiam, n. 114.

Lex sequendi tutius, & probabilius, a sapientioribus, & doctioribus negatur, ib.

Lex, qua non constat certò moraliter, non est satis promulgata, D.D. hoc tucnes, ib.

Ut lex obliget, opus est, ut datur certa moraliter notitia legis, ib.

Quid dicat Caram. in Celladei, ib.

Certiudo moralis de lege non potest stare cum probabilitate de non lege, n. 115.

Sequens minus tutam minus probabilem nulli subjacet periculo violandi aliquam legem, sive directam, sive reflexam; cur? n. 116.

Lex sequendi semper tutius, aut probabilius a plerisque negatur, n. 117.

Dubia lex non potest prevalere certe libertati, ib.

Acutum dictum C. Pallav. In condenda lege quarendum est optimum in iubendo, non in faciundo, n. 118.

Laudatur M. Tapia a M. Bato, ib.

Hoc etiam argumentum est evidens. Si non licet sequi opinionem minus tutam minus probabilem, maximè quia datur lex sequendi tutius, aut probabilius: sed hæc lex non datur, vel si datur, non est sufficienter promulgata, lex autem non sufficienter promulgata non obligat, ut omnes fatentur; & ideo Lactantius Firmianus lib. 3. Institut. cap. 23. optimè dixit: *Sulitissimum est præceptis velle parere, qua utrum vera, an falsa sint, dubitatur*; id est, stultissimum est velle obedire præcepto incerto; quidquid contra hoc Lactantij dictum dicat Modernus apud P. Teril. de Reg. mor. qu. 2. a n. 60. Quid autem magis incertum, quam lex non sufficienter promulgata? eo enim ipso, quòd non datur sufficiens legis promulgatio, perinde est, ac si lex non daretur, nam de essentia legis, ut moraliter obliget, est ipsa promulgatio, ut latè docui d. 2. sect. 2. ex S. Thom. 1. 2. qu. 10. art. 4. & hoc ipsum expressè tradit ipse P. Eliz. lib. 1. qu. 13. pag. mihi 48. & lib. 1. Eliz. 3. qu. 8. §. 4. pag. mihi 161. paulo post initium, dicens: *Lex non promulgata non magis violatur, quam si non esset*: ergo nulla datur lex reflexa de sequenda tutiore, aut probabiliori. Minor probatur 1. quia tota lex, quæ ab adversarijs trahitur, est regula juris, in dubijs sequendû est tutius: sed ex hæc regulâ tantû abest, ut teneamur ad tutiorè, aut probabiliorè, quoties utraque pars est certò tuta, & certò probabilis, licet inequaliter; quin immo inferitur oppositum, nempe nos non teneri sequi tutius, aut probabilius, quoties utraque pars est certò tuta, & certò probabilis: ergo nulla datur lex sequendi tutius, aut proba-

probabilis. Minor probatur; quia regula est, *Sequendum tutius in dubijs*: ergo in non dubijs non est sequendum tutius: sed quoties utrumque extremum est certo tutum, & certo probabile, licet inæqualiter, tunc nec datur dubium de securitate, nec de probabilitate: ergo in tali casu, quo utrumque extremum est certo tutum, & certo probabile, est inæqualiter, tunc nec est sequendum tutius, nec probabilius, sed licite sequi possumus minus tutum, & minus probabile.

Probatur 2. eadem minor: Lex non satis promulgata perinde est, ac si non daretur: sed lex de sequenda tutiori inter certo tutas, & de sequenda probabiliori inter certo probabiles, non est satis promulgata; ergo non datur. Maior constat ex *n. antec.* & hoc omnis Theologia fatetur, & ratio à priori suadet; quia lex in ratione moraliter obligantis constituitur per moralem sui existentiam; lex autem non existit moraliter, nisi per cognitionem de ejus existentia physica: sed hæc moralis existentia legis per cognitionem non datur, nisi detur sufficiens promulgatio: ergo lex non obligat moraliter, nisi præcedat sufficiens promulgatio. Minor probatur 1. quia ea lex non est satis promulgata, de cuius existentia, post sufficientem inquisitionem ejusdem existentie diligentiam, à plerisque, ipsique sapientioribus, & pientioribus merito dubitatur: sed de existentia legis reflexæ obligantis ad tutiorem inter certo tutas, ad probabilioerem inter certo probabiles, à plerisque, ipsique sapientioribus, & pientioribus dubitatur: ergo talis lex non est satis promulgata. Secundò: Ea lex non est satis promulgata, quæ non constat saltem certo moraliter; nam est axioma T.T. quòd lex, quæ certo moraliter non constat, non obliget: sed lex, de cuius existentia dubitatur, non constat certo moraliter; ergo non est sufficienter promulgata; ergo non obligat: ergo ad summum obligabit Tutioritas, & Probabilioritas, si ipsæ est certo moraliter nota. Cum ergo cõmunissima T.T. mens, quorum plures dedi *d. 2. sect. 2. præter plurimos*, quos citat P. Moya *tom. 2. qu. 5. §. 3. n. 19.* & sequitur P. Perez *tr. 2. de Just. d. 4. n. 40.* & P. Teril *qu. 23. de Consc. n. 14.* & P. Ovie. *qu. 2. de Reg. mor. n. 45.* & P. Ovie. *l. 2. tr. 5. n. 39.* Caram. fusissimè in sua Dialexi de non certitudine; tota enim ejus doctrina fundatur in hoc, quòd non est certa lex de opposito; ex alià parte possidet libertas; & Mag. Mart. de Prado *cap. 3. de Leg. quest. 5. §. 3. num. 13.* dicens esse omnium sententiam, ad obligationem legis talem requiri promulgationem, ut constet ferè maiori par-

ti, ait *n. 18.* & M. Tapia *tom. 1. lib. 4. qu. 4. art. 1. & 2.* sed præsertim videndus *qu. 15* per totam, ubi agit de obligatione legis dubie, & probabilis; immò M. Dom. Soto, cuius verba dedi *d. 10. n. 161.* pro ratione de obligante eacum à recitando Horas, quas memoriter scit, hanc assignat: quia non sum omnino certus, an sint in rigore cogendi: ergo quoties lex non est omnino certa, non obligat. Idem dicit Apostolus citatus à me *d. 1. n. 6.* idem S. Leo citatus *num. 10.* & S. Antonin. & alij: ergo communissima T.T. mens est, quòd ut lex sit sufficienter promulgata, necessaria saltem sit notitia moraliter certa, immò ut à plerisque cognoscatur certo moraliter quòd ea lex existat. In casu autem nostro tantum abest, ut plerique cognoscant existere legem reflexam de sequenda tutiori inter certo tutas, & probabiliori inter certo probabiles, quin ferè omnes negant eam existere; ergo tantum abest ut certo moraliter constet existentia talis legis reflexæ, quin certo moraliter constat non existentia illius: ergo est moraliter certum non obligare. Vide P. Moy. *l. c. §. 3.* qui eruditè extendit hoc argumentum; & quæ ego dixi *d. 10. sect. 5. ex S. Thom. & Caram.* in sua Dialexi per totam, ubi per extensum probat, & trahit ex quovis Ordine sapientiores DD. qui ut inviolabile axioma defendunt, legem dubiam, seu quæ certo non constat, non obligare. Sed omittere nolo quòd idem Caram. in Dialexi *n. 612.* trahit contra Celladei; ait enim: Tenentur Probabilista Probabilioris actu credere, quando tenendi probabilioerem opinionem obligatio fit illis sufficienter proposita, quia tunc, cum sufficienter ipsis constet id, quòd proponitur, esse à Deo præceptum, sine gravi Primæ Maiestatis injuria assentium doctrinæ propositæ negare non possunt. Quòd ita intellige, ut si Probabilista de veritate suæ doctrinæ minimè dubitet, non teneatur legere, aut audire Celladeum, & si eum legat, aut audiat, non teneatur illius doctrinæ assentiri, nisi eam esse creditu dignam, hoc est, necessariò credendam, evidentè probet rationibus, miraculis, alijsvè signis. At ego in ejusmodi libris rationes evidentes non lego, & à furtivis prælis, & fictis contra fuorum Superiorum voluntatem nominibus, non spero miracula, alia signa non scio: ergo numquam Probabilioritis assentire tenebor. Hæc Caram. qui iterum suppresso nomine, & paucioribus verbis idem repetit in Dialexi *pag. 336.* in Epist. quæ explicat mentem P. Valqu. *§. Hæc p. Valq. tria.* Verumtamen nec placet quòd dicit de evidentia, quia est contra veritatem; ut enim

K lex

N. 114

P. Moy. n. 19. & sequitur P. Perez tr. 2. de Just. d. 4. n. 40. & P. Teril qu. 23. de Consc. n. 14. & P. Ovie. qu. 2. de Reg. mor. n. 45. & P. Ovie. l. 2. tr. 5. n. 39. Caram. fusissimè in sua Dialexi de non certitudine; tota enim ejus doctrina fundatur in hoc, quòd non est certa lex de opposito; ex alià parte possidet libertas; & Mag. Mart. de Prado cap. 3. de Leg. quest. 5. §. 3. num. 13. dicens esse omnium sententiam, ad obligationem legis talem requiri promulgationem, ut constet ferè maiori par-

Tom. II.

lex confet, satis est certitudo moralis; nec placet quod dicit de Celladei, quia est contra charitatem.

N. Confirmo 1. Notitia moraliter certa de existentia legis non potest stare cum probabilitate de non existentia legis; nam certitudo unius extremi excludit probabilitatem extremi contradictorij: sed in nostro casu, quo utraque opinio est tuta, & probabilis, etsi minus, datur probabilitas de non existentia legis, nam opinio minus tuta, seu favens libertati contra existentiam legis, supponitur probabilis: ergo in nostro casu non datur notitia moraliter certa, sed ad summum probabilior de existentia legis directæ. Rursum in nostro casu non datur notitia moraliter certa de existentia legis reflexæ obligantis ad tutius, vel probabilius; nam notitia moraliter certa de existentia legis, sive directæ, sive reflexæ, stare non potest cum iudicio prudenti, & multo minus cum iudicio notorie prudentiori de non existentia legis: sed in nostro casu, quo utraque opinio est tuta, & probabilis, etsi minus, datur, juxta nos, iudicium prudentissimum, tum in ferè omnium, eorumque sanctorum, & sapientiorum DD. autoritate, tum in morali quasi impossibilitate talis legis reflexæ, ut dixi *sect. 3.* datur, inquam; prudentissimum de non existentia ejus legis reflexæ iudicium: ergo in nostro casu non datur certa moraliter notitia de existentia ejus legis reflexæ, immò datur certa moraliter notitia de non existentia ejus legis reflexæ.

N. Hinc evidenter deduco, quòd qui sequitur minus tutam minus probabilem, nulli subiacet periculo violandi formaliter ullam legem, sive directam, sive reflexam, quia nulla lex directæ, aut reflexæ violari formaliter potest, nisi moraliter existat per cognitionem moraliter certam de existentia ejus legis, sive directæ, sive reflexæ: sed in casu, quo quis sequitur minus tutam minus probabilem, non habet notitiam moraliter certam de existentia legis directæ, quia hæc ad summum probabilius judicari potest existere; nec legis reflexæ, quia hæc nobis constat certo moraliter non existere: ergo qui sequitur minus tutam minus probabilem, nulli subiacet periculo violandi formaliter ullam legem, sive directam, sive reflexam.

N. Confirmo 2. quia lex, cujus existentia à plerisque prudenter negatur, non est satis promulgata: sed lex non satis promulgata non obligat; lex enim non cognita, perinde est ac si non esset, ut aiunt etiam Contrarij: ergo cum lex reflexa obligans inter tutas semper ad tutiorem, negetur etiam à Proba-

bilioritatis, & lex reflexa inter probabiles obligans semper ad probabiliorem, negetur à Tutoritatis; & utraque à Probabilitatis negetur; ergo a ferè omnibus negatur; ergo non obligat. Maior est certa; quia ad sufficientem legis promulgationem requiritur iudicium moraliter certum de existentia legis, non tantum quia dubia legis existentia prevalere non debet certæ libertatis possessioni, nam incertum, aut probabile non potest vincere certum; sed etiam quia ad sufficientem legis, ut me obliget, promulgationem, requiritur saltem iudicium adeo prudens de existentia legis, ut non nisi imprudenter iudicem eam non existere, adeoque requiritur carentia iudicij prudentis de non existentia: sed quoties aliqua lex à DD. certo probabiliter, seu prudenter negatur, non datur carentia iudicij prudentis de non existentia, immò datur iudicium prudens de non existentia: ergo quoties aliqua lex est inter primæ notæ DD. controversia, toties non est satis promulgata, nec obligat. Urgeo: Lex, de cujus existentia imprudenter dubitatur, est satis promulgata: ergo lex, de cujus existentia prudenter dubitatur, non est satis promulgata: ut enim iudicium imprudens de non existentia legis facit, ut lex per oppositum prudens de existentia iudicium ut satis promulgata, ita iudicium prudens de non existentia facit, ut lex non sit satis promulgata: eò enim ipso, quòd prudenter iudico non dari legem, lex non proponitur cum notitia sufficienti ad me obligandum; ut enim hoc modo mihi proponeretur, proponenda esset sub notitia inumante mihi peccatum, si non paream; non autem cum notitia intumante mihi non esse peccatum, si ei non paream: sed quoties lex à classicis DD. prudenter negatur, licet alij probabilius affirmant, proponitur mihi per iudicium prudens dictans non esse peccatum ei non parere: ergo non proponitur lex cum notitia sufficienti ad me obligandum, seu, quòd idem est, non est satis promulgata: ergo quoties lex prudenter negatur, etsi prudentius affirmari possit, non est satis promulgata; ergo non obligat.

Adde acutum Emin. Pallav. dictum 1. 2. N. d. 9. qu. 4. art. 2. n. 12. In condenda lege querendum est optimum, seu optimum in iudicando, non optimum in faciendis; lex enim, per quam iuberemur facere omnia optima, esset pessima, & inobservabilis, ac perpetua causa peccati, & damnationis: ergo cum lex præcipiens tutius, & probabilius in omni materia, cum præcipiat optima in faciendis, non est optima in iudicando; ergo non datur
contra

contra cūm optimum in iubendo sit lex præcipiens, ut sequamur certo probabile, erit optima in iubendo, quia præcipit, ut faciamus bona, non autem præcipit, ut faciamus optima. Addo etiam duplicem rationem Illust. Tapia, quem P. Card. tom. 3. d. 56. cap. 17. art. 1. vocat feverissima doctrinæ Thomistam, cumque sepe alibi laudavi cum M. Baro: ille igitur lib. 1. qu. 8. art. 10. hæc duplici utitur ratione. Prima est: quia nemo tenetur ex præcepto sequi melius, & tutius, maxime in rebus moralibus, in quibus vix potest haberi certitudo; sed satis ut sequamur bonum, & tutum: ergo nemo tenetur ex præcepto sequi probabilius. Secunda: quia esset onus intolerabile in omni materia querere opinionem probabiliorem, & tutiorem, cūm summè difficile plerumque sit iudicare de probabilitate: ergo possumus sequi minus probabilem minus tutam.

§. II.

Nostra confirmationes, quod in materia fidei inter Catholicos Doctores incerta non tenemur ad probabiliorem.

S U M M A R I U M.

S. Thom. ait, excusari, qui opinionem sui Magistri sequitur, si ea opinio non est manifeste contra Scripturam, aut Ecclesiam, n. 119.
Subdit P. Thyrsus, ex hoc sequi, quod in omni alio excusantur, ib.
Omne, quod non est certo illicitum, ex S. Thom. est licitum, ib.
Ex hoc S. Thom. textu infero, excusari discipulum sequentem opinionem sui Magistri, creditam a se minus probabilem, ib.
Si S. Thom. novisset legem sequendi tutiorem probabiliorem, debebat eam ibi tradere, immo aliter loqui, n. 120.
Adrianus, & S. Thom. allegati à P. D. Thyrso, sunt contra Probabilioristas, ib.
Qualiter Adrianus, & S. Antonius textum D. Thom. Quod agitur contra legem semper est malum, interpretantur, n. 121.
Lex, quæ non est certa, non obligat juxta Adrian. S. Anton. S. Thom. ib.
Optima P. D. Thyrsi doctrina, ib.
Retorquetur, ib.
Sicut si jus naturale sit occultum, non tenemur ex P. D. Thyrso ad tutius, ita nec ad probabilem, ib.
Nemo contra fidem peccat, nisi repugnet certæ fidei regule, n. 123.
Scavi ait, quod si non repugnet Ecclesie, aut Scriptura, totum quod est excellentius tribuendum Desipare, ib.
Tom. II.

Ex hoc inferi sine labe conceptam, ib.

Laudatur à M. Baro, ib.

In materia fidei inter Catholicos incerta, nec ad tutiorem, nec ad probabiliorem tenemur, n. 124.

Mysteria fidei quando sint satis proposita? ib.

Hoc ipso quod Innocentius damnat fidem stare cum probabilitate, eo ipso inferitur, quod in materia fidei non tenemur ad probabiliorem: D. D. invenes, quod in materia fidei incerta satis sit sequi probabilem, ib.

Sixtus V. utramque opinionem de adventu, & non adventu Christi D. Ad non peccante, ait pietati, fidei, & rationi consonam, ib.

Si in materia fidei tenemur ad tutius, tenemur ad chimeram, ib.

Ex dicto Sixti V. infringitur præcipua ratio de periculo errandi, & peccandi materialiter contra fidem, n. 125.

S. Antonius ait, licere alterutram sequi sine periculo peccati, quoties D. D. contraria sentiant, ib.

Sixtus IV. approbat tamquam honestum modum rogandi Desiparam, quia nititur opinioni probabili, n. 126.

Nullus Papa tulit legem, etsi obviam, sequendi tutius, aut probabilius, n. 127.

Sixtus V. ait, honeste operari, qui in materia fidei incerta sequitur aliquam probabilem, n. 128.

Alia Theologia foret inutilis, ib.

Si licet certo probabilis in materia fidei, etiam in materia morum, n. 129.

Cum iudicio de probabilitate stat directum minus probabile de veritate, n. 130.

Confirmo 3. ex Adriano, quem trahit N. P. D. Thyrsi. disp. 9. n. 23. quærens enim 119. Adrianus an excusetur à peccato, qui ex Adrian. consilio prudentum format conscientiam; & P. Thyrs. retinet alienum, non obstante, quod sciat alios peritos tenere oppositum, ita resolvit quæstionem: Ut, qui, non obstante aliorum Authorem contradictione, surgit ad formandam conscientiam de honestate partis, quam sectatur, & dubius non manet, excusetur à peccato, quatenus sectetur minus tutam, modo non peccet ratione temeritatis, quæ absque sufficienti motivo adhaereat parti minus tutæ, vel ratione rei, quam operatur, quatenus eam ponit, vel ex crassa facti ignorantia, vel ex vincibili Divini Juris. Hæc Adrianus. Idem P. D. Thyrsus num. 24. citat D. Thom. quodlib. 3. art. 10. quærentem, An S. Thom. Discipuli sequentes diversas opiniones Magistrorum excusentur a peccato erroris? Respondet quod qui assentit opinioni alicujus Magistri contra manifestum Scriptura testimonium, sive

K ij contra